cultus inprimis ab Aegyptiis videatur eſſe repetendus, haud immerito, qui factum ſit, vt Aegyptiorum dii in Germania colerentur, quaeri hic poteſt. Namque paucis exceptis omnes fere hiſtoriae antiquae gnari, ſuperſtitionem aegyptiacam in Germaniam manauiſſe *), vno quaſi ore confirmant **). Eius autem rei teſtimonio ſunt verba TACITI ***), partem Sueuorum Iſidi ſacrificaſſe dicentis. Quae interpre-

tatione

*) De Iſide hoc negant VOSSIVS, GVNDLINGIVS et alii, quos vide apud BOEHMIVM l. c. P. I. §. 4-7. Praeterea RICHARDVS de *Tacito in hiſtor. Germanor. deor. fallaci et dubio* §. 6. STRVVIVS in *Notit. Sueuiae antiquae* §. 7. p. 10. et §. 44. p. 54. ſq.

**) Ita ſentiunt BOEHME l. c. qui exſtat in WEGELINI *theſ. rer. Suev.* T. I. HVETIVS in *demonſtrat. euangelic. prop.* IV. c. 7. p. 170. COLERVS in *Obſſ. ad Taciti German. edit.* GRONOVII inſertis T. II. p. 388. STRVVIVS in *Corp. hiſtor. German. Sect.* I. p. 28. 29. §. 19. FONTENIVS in libro ſupra memorato, et alii.

***) *Germ. cap.* 9.